

Incipit prima pars prime partis Guilbermi Parisien. de vniuerso.

Scientia de vniuerso dicitur secundum duas intentiones quarum altera est philosophia completa ex aggregatione omnium scientiarum philosophicarum quemadmodum

de vniuersum aggregatum est ex omnibus que sunt. et eius totalitas non est. nisi collectio omnium eorum. Hoc autem manifestum est ex proportionem quoniam quemadmodum se habet unumquodque scibile ad totum aggregatum ex omnibus scibilibus. Sic scientiarum vnaqueque ad scientiam aggregatam ex omnibus. Hoc autem est ut iam diximus philosophia completa in totalitate sua. Huius vero exemplum est scientia de triangulo et scientia de circulo que partes sunt indubitate geometrie complete. quemadmodum triangulus et circulus partes sunt vniuersi per geometriam mensurabilis seu cognoscibilis. Sic numerus et magnitudo continua ad aggregatum ex ambabus et eodem modo scientie de his ad scientiam aggregatam ex ambabus se habent. Altera vero intentio scientie de vniuerso est scientia de ipso per modum quo est vniuersum hoc est de his que sunt ei per modum istum videlicet in quantum est vniuersum et hoc nominabo et numerabo et persequar inquisitione perscrutata per vias probationum et declarationum per quas acquiret tibi certitudo eorum si de voluerit

Quia illa scientia fit pars secunda prime sapientialis ac diuinalis magisterij propter duas causas.

Lito igitur in primis quia vniuersum non intelligo hic nisi vniuersitate creatoris et siue dicam vniuersum siue omne siue mundum simpliciter. hoc est absque determinatione adiectione vna est intentio apud me trium istorum. Quare scientia de vniuerso per modum istum est scientia de omni scientiaque de mundo simpliciter scientia vna est. et est pars secunda prime sapientialis ac diuinalis magisterij. hoc autem est propter duas causas quarum altera est honor et gloria creatoris qui est finis principus et ultimus totius sapientialis diuinalisque magisterij propter hunc finem est philosophantes in rebus huiusmodi solu

recte vereque philosophanter in illis. Non enim hac de causa sola inuestiganda sunt magnalia. ac mirabilia creatoris. ut cognoscantur quin potius ut ipse magnificetur et agnoscat esse deus ac diuinis seculorum et suadeatur per hoc vel potius ingeratur animabus humanis honorificetia cultus ipsius. Cognitio quippe sola et enarratio laudum atque magnalium ipsius non ei debetur nec sola perficit animas nostras. sed veritas atque sinceritas vltime venerationis est ei debita propter supereminentiam glorie sue et altitudinis et animabus etiam nostris debita est sicut nobilis perfectio earum et ipsa etiam est humane vite decor vnitatis et decus eximium. Aliasque quoque iam didicisti. quia que sic philosophant et animas suas miserabiliter decipiunt et contra ipsas veram philosophiam quinque modis peccant. Primum quia vacuum eam faciunt et inanem ab eo quod potissimum continere debet videlicet gloriam seu glorificationem creatoris. Secundo quia sterilem eam faciunt a fructu suo que est remuneratio felicitatis eterne. que in nouissimo expectatur. Tercio quia deformem eam faciunt ac detruncatam sine ab ea homini detractantes cum principua eius pulchritudo ac speciositas in hoc fine consistat quemadmodum si paulo decandetur cuius pulchritudinis pars maxima in cauda consistit. Quarto stultam eam faciunt quantum ad seipos dum magis ex ea stulti quam vere sapientes efficiunt ex ea quippe stulte non sapienter et viuunt et operantur. Quinto iniuriosam et contumeliosam illam deo efficiunt dum illam glorie sue inanissime applicant glorificari ex illa inaniter et non creatori glorificare veneratione congrua cupientes. homini ergo homines non philosophos veri nominis. Sed philosophorum simias ridiculosissimas que utique vere sunt repute. Secunda causa est destructio erroris qui sunt circa vniuersum siue de vniuerso errorum in quantum quibus declinat a viis veritatis et semitis rectitudinis per quas ad hunc finem scilicet vere philosophationis venit. Sunt etiam isti errores quia eorum gloria dei tradit ut vel dimidi de et non in ultimate perfectionis perfectus putet vel indignus omni gratiarum actione. omni que honorificetia. utpote qui nec aliud nec aliter possit vel nunquam potuerit facere que faciat vel qui omnino non curet. quod agatur in rebus humanis vel circa eas esse penitus

Aa

